



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXIII.

12. Octobris. 4. Idus.


urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

styges te in arenam vocavit: cujus sine macula Conceptionem, & Virginitatem perpetuò illibatam pluribus libris propugnasti. Non video qua ratione quisquam hominis Christiani mereatur nomen, qui de Dei Matre humile aliquid ne dicam vitiosum sentiat. In Deum injurius est, qui putat, post Deum majori honore dignius aliquid esse Mariam.

S. BERNARDUS, ser. 25. de div.

Sapientia, qua Dei erat, & Deus erat, de sinu Patris ad nos veniens, edificavit sibi Domum, ipsam scilicet Matrem suam Virginem Mariam, in qua septem columnas excidit. Quid est in ea septem columnas excidere, nisi ipsam dignum sibi habitaculum fide & operibus preparare?

Maria
Virgo
Domus
Sapientia.



12. Octobris. 4. Idus.

B. EUSTACHI, Abbas Florefien-
sis, vel ut alii legunt, de Flay, in Nortmannia; ex qua in Angliam missus, vita, miraculorum patracione & Verbi Divini prædicatione gloriam Apostolici nominis promeruisti. Unicus ille fons, cui tu vim medicam precibus indidisti, tot penè effudit prodigia quot

Floruit
anno
1260.

*Ingens
prodi-
giorum
nume-
rus.*

*Episto-
lam è
caelo ac-
cipit.*

*Obijt
anno
1438.*


gia quot guttas. Cæcitatem ab oculis ab auribus surditatem, aliósque morbos abstergebant illo liquore fideles: quin & malignum dæmonem hæc potio è pluribus ejecit. Alibi cùm incolæ laborarent aquæ penuria, unico baculi tui ictu, velut Mosaica virga, è rupe copiosas undas eduxisti. Erat in Insula passim, præsertim Londonii damnabilis consuetudo violandi legem Christianam, quæ labores serviles & mercimonia diebus festivis interdicit: quam ut abrogares, te cœlum missâ epistolâ, jussit, gravem vindictam contemptoribus intentans. Quæ non paucos deprehendit, dum in coctis tali die panibus sanguinis guttas cum horrore spectarunt, vel repentina paralyssi percussi conciderunt. Sanctissimas has curas livido tamen oculo aspexit invidia: cui ut te subtraheres, excusso de pedibus pulvere ingratham terram ad propria reversus deseruisti, laborum mercedem ibi recepturus, ubi nullus est invidiæ locus. *Solet pijs contumacibus semper obstrepere infernalis invidia sed facillè contemnetur, si oculus pure intentionis in æterna retributione figatur.*

B. MARIA Priorissa cœnobij Mufsenfis propè Mechliniam: quæ licet ætate omnium minima, hortante cæteras Vir-

ras Virgines Angelo, in Priorissam electa, tanto ardebas charitatis fervore, ut ignis qui animam inflammabat, etiam foras per spectabiles radios erumperet: dulci ardore eas quoque comprehendente, quæ illud lumen videre merebantur. *Incende & cor meum, ut immensam divini amoris dulcedinam vel in modicâ scintillâ sentiam: scio, cessabit ex hoc gustu mihi sapere terrenarum rerum amor, vel potius insania: verus enim amor nullibi, nisi in Deo quiescit.*

S. BERNARDUS, ser. 83. in Cant.

Deo quidem honor & gloria: sed horum neutrum acceptabit Deus, si ^{Sinè amore nihil} ^{DEO gratum} *mel-le amoris condita non fuerint. Is per se sufficit, per se placet, & propter se. Ipse meritum, ipse præmium sibi est amor.*



13. Octobris. 3. Idus.

B. BERNARDE Escudere, Vallis-^{Obijt} Bonæ in Hispania planta felicissi-^{anno} ma; quam ex innocenti Paradisi horto ^{1606.} illuc penè dixero esse transplantatam, cùm rarissima his temporibus felicitate originalem animæ decorem, quem Lex Gratia renascenti induit, illibatum retuleris in tumbam mortualem: quod